

4997.

1354 Febr. 2.

Svartsjö.

Johannes Håkansson kvitterar tjugo mark penningar, hvilka Håkan Fadersson inbetalt såsom likvid för försålda fastigheter.

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

Omnibus presens scriptum cernentibus Johannes Hakonson salutem in Domino sempiternam. Tenore presencium recognosco me de consanguineo meo dilecto Haquino Fatherson, presencium exhibitore, viginti marchas denariorum sueuorum, pro quibus sibi bona mea in Sultwikum et Sultwikafæste necnon in Brethasætrom racionabiliter vendidi, integre percepisse, quapropter ipsum et heredes suos pro premissis viginti marchis denariorum quitos dimitto per presentes. In cuius quitacionis euidentiam sigillum meum una cum sigillis nobilium virorum Kanuti Algotzson, Birgheri Karlsson et Boecii Jonson presentibus est appensum. Datum Swartosio anno Domini m<sup>o</sup>cc<sup>o</sup>cl<sup>o</sup> quarto die purificationis beate virginis.

På baksidan: Vm Sultwika ok Bredhasæter.

De fyra sigillen borta, remsorna kvar.

4998.

1354 Febr. 5.

Hvetlanda.

Björn Larsson utfärdar skuldförbindelse till Petrus Virske å femtio mark penningar och sätter som säkerhet sin gård Långö i pant.

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

Omnibus presens scriptum cernentibus Bero Lawrinzsson salutem in Domino sempiternam. Tenore presencium coram omnibus et singulis presentibus et futuris recognosco me a discreto viro Petro Wirszska quinquaginta marchas denariorum vsualis monete veraciter recepisse, pro quibus eidem curiam meam in Langhethe cum omnibus suis adiacenciis in sicco et humido infra sepes et extra, nullis penitus exceptis, et molendinum meum predicte curie adiacentem inpignero per presentes, quam infra festum Pasche iam proximo uenturum pro prompta pecunia nullo alio precio interposito resolvere me promitto, que si termino prenotato per me vel meos heredes redempta non fuerit, extunc predicto Petro vel suis heredibus iure perpetuo cedant possidenda. In cuius rei euidentiam firmiorem sigilla virorum discretorum, qui tunc presentes fuerunt, videlicet dominorum Eskilli, curati in Hwetelandum, Andori, curati in Næwilsio, Karoli Magnusson et Karoli Baatt, vna cum proprio sunt presentibus appensa. Scriptum Hwetelandum anno Domini m<sup>o</sup>cc<sup>o</sup>cliii<sup>o</sup> in die sancte Agathe uirginis.

Fem sigill varit vidhängda, men nu borta; fragment af fyra remsor kvar.